



*Sbd*

E libris

**gymnasio Mauritiano Magdeburgensi**

a venerabili

**Carolo Funk**

theol. doctore et gymnasii directore

a. 1857 hereditate relictis.

*G. f. 171.*

*Q. D. B. V.*

# U ORATIONES SUPREMAS ADOLESCENTUM ALIQUOT

Pietatis, modestiae, industriæque laude  
in ceteris conspicuorum,

Craftina volente Deo luce, post secundam  
pomeridianam in Auditorio superiori  
audiendas,

## VIROS

MUNERUM AMPLITUDINE,  
GENERIS SPLENDORE, DOCRI-  
NÆQUE EXCELLENIA  
ILLUSTRES,

*Præclaros alios atque Literatos*

submissæ ac decenter

invitat

JONAS GELENIUS, Scholæ Crucianæ  
Rector.

DRESDAE,

Typis JOHANNIS RIEDELI,

Typogr. Aul.

AK

10

**U**tin reliquo vita humana cultu, ita in edificando praecepit luxum, populatorem illum opum, reique familiaris pectori unacum, prudentissimos rerum civilium arbitros, qui civitates aut ipsi fundarunt, aut fundatas legibus vinxerunt saluberrimis, e Republica sua proscriptis atque eliminatis, nemo tam miser bonis in literis est, qui neficiat. Sic enim lapientissimi viri exiliu maverantur, non in eductis ad celum molibus, non auri luce radiantibus lacunaribus, non trabibus Hymettii, aut columnis ultima recessis Africa, sed in robeo virorum, civium virtute legumque observatione felicitatis publicae versari cardinomi. Lycurgus optimus Lacedemoniorum legislator, atque, ut ille ait, vir discipline convenientissime, cuius legum quandoiu Sparta diligens fuit, excellissime floruit; Hic, inquam, Lycurgus in altera Rhetoriarum suarum praecepit, (a) ut quaevis domus fastigium securi habetur fabricatum, fores serris, nec alio instrumento ullo: id enim prudenterissime arbitrabatur eterna seculorum memoria dignissimas viras, non posse tam tenui cuius ornatissimae ades delicias intra penetralia sua admittere, cum ingentia palatia pudendo sepius luxu diffisiere, atque immannia queaque sceleri oculare videas. Et habuit fama aliquandiu praescripto suo parentes Lacedemonios Lycurgos. Cum enim Leotychides Spartanus Corinthi aliquando conans fastigium adiunctorum sumum structum & laqueatum cerneret, rogatus fertur hospitem, num in ea regione arbores nascentes quadranguli? (b) Neque obliteranda est silentio priorum Romanorum hac in parte modestia, nam ut Lyricus eorum canit: (c)

(a) Platarchus  
in Lycugo.  
(b) Vide Pie-  
car, obser-  
vatio Hist. Pol.  
Decad. XII.  
c. 14.  
(c) Horat. I.  
ii. Od. 13.

Privatus illi census viras brevis,  
Commune magnum: nulla decempedius  
Metata privata opacam  
Porticus excipiebat Artilon.

Ast ubi pro continentis aquae exigit libido atque superbia invaserit Quirites, non gradu, sed precipiti cursu à virtute descatum, ad vitia transcursum, publicamque magnificentiam privata fecuta luxuria est. Quis enim ignorat infans Luculli substructiones? quem ob injectas mari moles, & rēceptrum suffulsi montibus magre haud infacete Xerxes cogitat. Pompejus M. vocare assiverat; (d) Quem fugit aurea Neroni domus, (e) cuius structuram non tam infaniam mentis prodige, quam furorem potius quandam ex merito suo appellaveris. Ast talia ioli fortale in urbe Principes: minime certe, verum & privatorum hic prouulsum & effrenata plane-luxuries. Clodius fons ille & leges gloria Milioniana, sed idem quoque calamitatis atque exilio causa Plinio notante (f) festiern centes & quadragies octies domo emita habitavit, i.e. undecies centum & quatuor millibus florenorum. Cneus Domitius sexcentes festiern, five trices centum millibus florenorum, ut alias aliorum domos jam silentio praterem, quarum infanum pretium nemq; fastigis mirabitur, qui supra humanos visus clata caru culmina, & in fastigio nutantes sylvas; qui posset marmores & conatae innumeris pente ex Lapid. Numidaram fultas columnas; qui laqueraria & parietes auro conceptos, saepe etiam distinctos gemmis consideraverit. (g) Arque unde illa tot gravissimorum virorum querela. Vel Senecam audiamus: (h) Epist. 90. Felix, inquit, seculum ante Architectiones fuit. Non machinationes rectorum supra teatra surgentium & urbes preuentiva, non teatra canionum epulas receptura parabant, nec in hanc usum pinus abies debrefabat longo vescibundis ordine vicis intremebat, ne ex illa lacunaria auro gravis pendent. Culmus liberus textus, sub mare atque auro servitus habuit. Hinc legibus quoque hanc edificandi licentiam Imperatores coegerunt, quod Augustum Strabo, Trajanum Victor aliique facilememoravimus. (i) Quanquam autem infans illas substructiones atque edificandi effrenem licentiam in privata fortuna suo damnaverint viri prudentissimi, in publicis tamen operibus structure praetantiam atque dignitatem plerique omnes probavere. Divinus certe Plato in Republica bene constituta requiri, ut ades publice non aware & lordidi, sed magnifice exterruantur, & in illustri atque excelso aliquo loco, non urbis angulo collocentur; utpote que Vitruvio testis (k) Majestati Imperii egregias Architectos afferant auctoritates, & Novella Martiani Imperatoris (l) in iis omnem ornatum civitatis residere commemoraret. In edificiis autem publicis non postremum occupare conf. Pice. I. locum Scholas atque Gymnasia, neminem, nisi ex numerofissima Meueniorum familia orundum insicias iturum arbitrari; hinc etiam placuit prudentissimis viris majoribus nostris, non in ruderibus aut parietinis, non in horrida atque inculta illuvie Mulas habi-

Proem. de his angulo collocentur; utpote que Vitruvio testis (k) Majestati Imperii egregias Architectos afferant auctoritates, & Novella Martiani Imperatoris (l) in iis omnem ornatum civitatis residere commemoraret. In edificiis autem publicis non postremum occupare conf. Pice. I. locum Scholas atque Gymnasia, neminem, nisi ex numerofissima Meueniorum familia orundum insicias iturum arbitrari; hinc etiam placuit prudentissimis viris majoribus nostris, non in ruderibus aut parietinis, non in horrida atque inculta illuvie Mulas habi-

habitare, sed dignum literarum aestimio habere domicilium. Licet enim prudens-  
piensque rerum estimator, non tam ex magnifica aedifici Scholastici structura, aptaque  
lapidum, lignorum, parietumque dispositione Scholarum felicitatem aestimaverit;  
quam potius ex iusta & solida pietatis & liberalium artium perfractione; negari  
tamen haud potest magnum urbi ejusque Magistratus conciliari ornamentum, ex con-  
cine pulchre; contructa pietatis & literarum officina, qua non tantum omnium  
oculos in sui admirationem convertit & moratur, verum etiam in eam adducit opinio-  
nem, suum in ejusmodi urbe Musis esse pretium, pietatisque & bonarum mentium  
cultum, unde omnis publica dimicata felicitas nos intuper haberi contempsit. Jure  
itaque merito poli DEUM O. M. cui omnia nostra unice accepta referre debe-  
mus, justis laudibus decoranda est NOBILISS. atque AMPLISS. SENATUS nostri in au-  
gendi promovendisque Scholarum fuiurum, & praeferum hujus Crucianae commodis cura  
atque munificentia. Ab illo enim tempore, ex quo adificium hoc Scholasticum in hanc,  
quae externa adhuc praefaci facies, turrexit formam, quod ab hinc centum & qua-  
draginta octo annis factum est, illud inter tot seculi incommoda, tot sursum ac de-  
orum cunctum rerum vicissitudines non tantum aduersus omnem labem & ruinam  
firmissimum & stabile conferryavit, verum etiam docentium difcentiumque usibus subinde  
magis commodum, magis decorum politumque reddidit, ut pristinum ejus, interiorum  
habitum cum praetenti contendentes, non in veterem illam Crucis Scholam, sed in  
alium quoddam novum adficium se delatos extinxerint. Vei superioris anni AMPLISS.  
SENATUS nostri benignitas quanta in illam fuerit, ingratuus fit oportet, qui non gra-  
tissimo animo expuet. Quantum tamen, quantumque molestia devorandum sit Prae-  
ceptoribus, cum saperuero duo, vel tres etiam unico in auditorio formandis pueris  
operare coguntur (quod malum inferiores potissimum claves nullibi ferre, non  
affligit,) norunt illigibus in erga talis ejusmodi, aut olim fuit, aut hodie etiam nunc de-  
sudandum est. Verè Cyclopum quadam dixeris officinas, in quibus ille ait:  
εός οὐδέ τις αὔξει, ita omnia dilono raucōne clamore, saepe etiam flagrōrum  
crepitu vapulantiumque ejulatu perfrēpunt, ut nūrū sit aures eorum hoc sonitu  
Cataduparū instar penitus non exiū deficeret. Quodipm quantopere diceant pue-  
ritiz ardorem sufflaminet, docentum vera alacritatem alterat, debilitat, frangat, vires  
animi corporisque exhaustiat, & tandem in segnem desidiam senīm adducat, nemini  
nam qui vel paululum humanior est ignorare arbitror. Itaque ut alii multis, ita huic  
etiam malo mederi volunt laudatissima AMPLISS. SENATUS nostri prudenter Separata  
jam omnes sunt intergerio pariete claves, ut quisque Praeceptorum suas fibris res solus  
habere, & in otio tranquillo cum iuvante fidei sua credita, DEO Musisque operari  
possit. Quocirca NOBILISS atq; AMPLISS. SENATUS ordinis publica Schola voce de-  
centes atq; debitis ago habeo; grates, quod temporibus his, tot tantisque obseptis dis-  
ficiatibus, nihilominus Schola sue Crucianae memor esse, & in ea conservanda soli-  
cititudinem, in exornanda curam atque industrium suam luculentissimo hoc novo spe-  
cimine iterum declarare voluerit. Maſti, maſti inquam efforte hac munificentia velut  
singulari PATRES PUBLICI. Hanc ut in b.m. Antecelloribus vestris honorificentissime  
collaudavit immortale Lycei hujus decus οὐακογένει Bohemus; (m) ita & vestris (m) Prog-  
clarissimus nonnibus cam circumpontam famam, quam nullum obreut silentium, nul-  
scripto in in-  
claris, augur. Audi-  
la debilit oblio, sed alet posteritas, & ad omnia futuri propagabit secula... dorii novi  
Aeternum beneficium, fux tulit fructum Titianus Capito, quem dexterissimus Plinius<sup>1651</sup>, Vol. I.  
Secundus how alicubi maſtā elogio: (n) Vir est opimus, & inter praeceptus seculi  
singulare numerandas. Coli studia, studiosos amat, fore, proberbit, multorumque (n) lib. 8. E-  
ssi ornamenta numerandas. Coli studia, studiosos amat, fore, proberbit, multorumque (n) lib. 12. E-  
qui aliqua compounit, portus, finis, primum, & omnium exemplum. Quād ex vero, &  
iure quadam praecepit aquae singulare hic idem encomium VOEIS etiam PATRONI  
debeat, in proclivi mihi effet figuratum & per partes ostendere, nisi forem nihil gra-  
vibus Viris molestia accidere posse, corumque magis onerare modestiam, quam si  
coram in os, ut Comicus inquit, laudentur; per predictumque mihi effet VOS PATRES  
exemplo jam laudat Consilio Romani majorē animo beneficis fructum in conscientia...,  
quam in fama reponere. (o) Intereta tamen cum Pindaro teſſe: πατέρες τούς ἐθλού (o) lib. 1. E-  
πι χαιρε στράτων, peractum egregium facinus non humi silentio tegi opor-  
tere; (p) & ego beneficium hoc vestrum novum & aeternis laudum praconis di- (p) Od. 9.  
gnissimum tacitus praterire non potui, nisi cum univerſo Mularum nostrarum cœtu  
impius plane atque ingratissimus esse velim. Quod superest DEUM O. M. supplici  
prece veneror, ut quemadmodum adhuc tot anni pietatis & bonarum literarum offi-  
cinam

cinam nostram pro mirifica atq; inexplicabili bonitate sua conservavit, PATRIBUSq;  
Reipublicæ hanc mentem semper immisit, ut oam quā possent op̄e salutem ejus pro-  
curarent; ita & imposturam faciat propius beneficis suis, faciatque ut florente Re-  
publica, floreat quoque hoc CRUCIANUM, ex quoque tanquam equo quodam Durante  
prodeant semper Adolescentes exuta animi pravitate atque ruditate pietatis doctri-  
næque elegantiæ positi, liberalissimisque artium preceptis ad capiendam altioris scien-  
tia sententiæ probe subiecti. Atque huius generis ut nunquam non inante, ita im-  
primens etiam septem numero, quos magna ex parte florēm delibera: juventutis  
spemque egregiam nōcentis Reipublica nominare possum, septuaginta non tam pro-  
terve transflunt, quod à communis hodie Jeans Academicis non sine praesenti exitio  
suo fieri afflet, quām bona nostra cum pace dimitti, relinquunt. Ex his quatuor  
potissimum, ne longus dicentum ordo tedium A.B. croet, telegimus, qui ut often-  
derent, quam non illois, quod ajunt, manus, sed manūditis Latine lingue bona-  
rumque artium probe exculti sacra Academicæ aetæcaturi sint, specimen quod-  
dam induxit sua, optimis in literis intentissime collatae, præbebunt, &  
quidem sordidus mons.

I. BALTHASAR Müller / Rosvino Misnicus, urbium  
elegantiam atque decus non in substructionum insania molibus, sed  
in pietate, virtutis legumque observantia confistere docebit.

II. CHRISTOPHORUS HENRICUS Hauptmann/  
itidem Rosvinensis, sincerum Dei cultum, & virtutum legumq; ob-  
servantiam verum quidem urbium decus constitue largietur, atta-  
men ædificiorum splendorem structuræque elegantiam omnino re-  
quireret.

III. JOH. GOTTLÖB. Neiche / Dresdenensis, collauda-  
data amborum sententia, urbem patriam ut genuinam utriusque de-  
coris exemplar proponet, in laudes ejus pro ingenii modulo excurrer,  
eique tandem & Patronis atq; Praeceptoribus suo Condiscipulorumque  
secum abeuntium nomine vale dicet. Idem quoque præstabit


IV. JOH. CHRISTIANUS Müldner / Dresdenensis,  
sed carmine epico, non moesto fortasse Apolline, nec collacrymantibus  
Musis elaborato. Reliquorum series hac est:

V. JOHAN. GOTOFREDUS Schulze / Bischoffswerd.  
VI. GEORGIUS Voigt / Folbercens Misni.

VII. JOHANNES Hauthal / Hemleba Thuring.

Abeuntes faustis prosequetur omnibus  
CAROLUS HENRICUS DORNBLUTHIUS,  
Dresdenensis.

Proficiscentur autem pars in cultissimam Philuream, pars vero in aliam Wi-  
tebergensem, Academias harum regionum celeberrimas, ut ibidem omnia doctrina-  
rum spati pleno cursu ement, viri evadant, de quibus & Republica sibi gratulari,  
& honestis olim officiis eos rite præficere posse. Quorum conatusbus ut DEUS co-  
lesti sua gratia adipiceret, eosque ad salutares eventus provehat, ejus sanctissimum  
Numen supplici prece semper venerabor. Vos vero PATRONI OPTIMI, FAUTORES  
item atque Amici plurimum honorandi pro rotis spectata, atque satis iam perfecta  
nisi atque umbratil, ex splendore atque dignitate veltra lucem aliquam scenerare  
dignemini, à nobis pariter omnem pietatem atque observan-  
tiam certò expectaturi. P.P.in Elec. Dresda,  
d.XIII.Maii, MDCCV.



78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.  
kann nicht vergeben!

ULB Halle  
002 108 178



3

56.

KD7

RHD



*Q. D. B. V.*

Ad

# U ORATIONES SUPREMAS ADOLESCENTUM ALIQUOT

Pietatis, modestiae, industriæque laude  
in ceteris conspicuorum,

Craftina volente Deo luce, post secundam  
pomeridianam in Auditorio superiori  
audiendas,

## VIROS

MUNERUM AMPLITUDINE,  
GENERIS SPLENDORE, DOCIRI-  
NÆQUE EXCELLENTIA  
ILLUSTRES,

nec non

Præclaros alios atque Literatos  
submissæ ac decenter  
invitat

JONAS GELENIUS, Scholæ Crucianæ  
Rector.

DRESDÆ,

Typis JOHANNIS RIEDELI,

Typogr. Aul.

